



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 45. De mansis et jurnalibus traditis in villa Odnotheshus in pago Ahugo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

uuiching hilduin liutger althard uuulfric ricmund redfrid *wicibert* (U) ba-
dered uualdric siuan.

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

§. 43.

Tradidit hrodulfus in *bochem* (V) mansum unum testes uuulpheri fol-
luuard grinheri hunuuard folcheri feriger bedic uuidugo hemmo eilbold.

§. 44.

Tradidit *osdag* (W) in uilla *uualdifleif* (X) similiter uiginti et quatuor
homines quorum ista sunt nomina *osdag* halecbern thiadulf osuuig meindag
soduuerit tutto landuerc et fratres eius fridugert osmer germer uilhund
bruni elli adalger *othret* bosuc alfred uuicred brunger et fratres eius adalger
berenger thiadger testes tudo hiduuni uuicbern reinhern io cirbert tadir
uuilram fridugert.

§. 45.

Tradidit arnulf in pago *abugo* (Y) in uilla *odnothefbus* (Z) mansos II
et iurnales VI pro se et fratribus suis testes arnulf arinold aculf maccula
folcold kedi ricalf bennica.

§. 46.

Tradidit andger in *uualdgeresleuo* (a) quidquid habuit testes marcuuard
deddo rothat hrothard uuerin.

§. 47.

- (U) *Wicibert* an filius Widekindi M. fraterque Immadi comitis fuerit, iudicent alii. De *Wic-*
Fortassis *Immadus*, filius Widekindi natu maximus, ipse fuit. *berto*.
(V) De villa *Bochem*, in pago *Nethga* obuia, vide infra §. 98. *De villa*
(W) De *Osdag* vide supra §. 42. not. (T). Eum præpotentem virum fuisse, ex hac *Bochem*.
traditione quoque appetat, quippe qui tam multos homines proprios elargiri *De Osda-*
potuit, quorum tamen multis sine dubio ipse sibi retinuit atque referauit. *go*.
(X) De villa *Waldisleif* iam supra §. 28. egimus, ad quem curiosum lectorum remittit. *De villa*
timus, qui ibi docetur, candem villam in pago *Northhuringi* quondam exstitisse. *Waldis-*
Id ipsum comprobatur nostro Registro saepè iam excitato. *leif*.
(Y) (Z) Quanam in regione *pagus Abugo* sit constituendus, nos ignorare fatemur. D. De *pago*
Editor *Originum Pyrmont.* p. 13. seq. cundem pagum in regione *Wifera*, ubi *Abugo* et
præfectura Forst est sita, videtur collocare. Sed in terra ibidem obuia nullus *villa Od-*
restar locus, in quem ponit pagus, nisi, hunc in aere versatili locandum *notheres-*
esse, crediderimus. Cum enim pagus Logne ad Wiferam usque, et ad locum *hus*,
Bodenfelde procurrebat; ibidem vero *pagus Auga* in villa *Wirief*, hodie *Wirselen*, et regione *Heristalli Saxonici*, quod Visurgis tantum diuidit a *Wiriefsi* vil-
la, rursus habebat initium, et ex hac parte Visurgis in Solingano saltu descende-
bat usque ad villam *Illisam*, villam desolatam intra Solingum in loco dicto ad-
huc *die Ilsen*- seu *Ilschengrund*: porro in eodem trætu ab villam *Sundrefus* in-
tra campum Bruckenfeld in loco dicto Sunderen, et deinde (vt alias raceamus)
villam *Aldenthorp* ad Holtzmindam oppidum, et septentrionem versus *Varfan*,
id est, præfecturam Forst eodem in pago *Auga* inuenimus, nullus locus reli-
quus est, in quo pagus *Abugo* sit collocandus. Versus meridiem enim, si haec
regiones astante in ipso monasterio Corbeia prospiciuntur, erat *pagus Sulbergi*
in comitatu Dasselensi et saltu Sollingano, versus orientem autem *pagus Wika-*
nuelde in præfectura Wickenfen, quippe in quo fuerunt *Nigunburni* (Negen-
born), *Aldanthorpe* (Stadt Oldendorp), *Afschereshusen* (Eschershausen), et *Gold-*
biki (Golmbach), iter dimidia hora ab Amelunchsborn monasterio distans, a
monasterio Corbeia vero tantum duo millaria. Discedamus ergo in præfeti-
tarum ab *Abugo* pago, alio tempore in situum eius studiose inquisituri. Inter-
rim confer infra §. 208. not. (4). Mappas geographicas Homannianas vicina
Holtzmindæ loca virtutis exhibere, obiter indicamus.

(a) *Waldgeresleuo* villa a quodam Waldgero denominata esse videtur, quis autem is De villa
fuerit